

MONUMENTUM
 MEMORIÆ ET HONORIS,
 VIRO
Magnifico, Nobilissimo, & Amplissimo
 DOMINO
JOHANNI
CZIMMERMANO.

Thoruniensis Reipublicæ Præ-Cons. Seniori
 meritissimo,

Ac Ministerii Evangelici Directori
Gravissimo,

Anno 1644. d. 23. Januar. nato,
 Anno 1712. d. 24. Novemb. denato,
 Ipso Funerationis solennissimæ Die,
 Qui erat 4tus Decemb,
Ex debita observantia
 ponit

MINISTERIUM THORUNENSE.



T H O R U N I I,
 Impressit JOHANNES NICOLAI, NOBIL. SENAT. ET GYM. Typographus.

C 22.

Dulcis *Spes Secli melioris*, (*) **TE, VENERANDE**
PRÆ-CONSUL SENIOR, lactabat suaviter olim.
 Non tamen hæc, sibi qua promittunt, nescio quinam,
 Ante Orbis finem, lætissima, nescio quænam,
 Duratura piis cum Christo mille per annos,
 Promittant! Certe, **TIBI** mens erat optima, **Seclum**
 Sperabas melius † Sperabas omine blando:
 Sperabas, votis devotis, queis meliora
 Fata *Solo dulci natali* rite vovebas,
 Nempe, *boni Civis*, quid dicam *Præfulis!* hoc est,
 Officium, Patriæ nunquam non fausta precari.
 Ast, ast, quam lusit spem fallax tempore nostro
 Eventus! *Mars, Mors atrox* melius procul esse,
 Jusserunt **Seclum**; Scelerum sic **Numine** justo
 Pœnas poscente, ad frugemque redire jubente.
Plumbea non juvat hæc, vel *ferrea* tempora nostri
 Ævi narrare, ac tristes refricare dolores.
TE cano, **PRÆ-CONSUL**, Jani bifrontis ad instar
 Ultima qui **Secli** morientis, primaque nati,
 Vidisti, &, quantum spes fallant Fata, probasti.
TE, quem *Patronum*, varia sub mole malorum
 Haud semel experta est cura anxia nostra faventem,
 Mœrorique gravi solamina justa parasti.
TE, qui nunc properas *meliora ad Secula* Cœli.
TE cano, **TE** comitor votis, **TIBI** gratulor ista
Aurea, quæ tandem, spernens mala **Secula** mundi,
 Ac morbos superans, misere queis fractus anhelus
 Cœlica captabas, sine tempore *Tempora* sentis.
 Nos autem, modo quos, fractos vel mille maligni
Temporis ærumnis, *Melioris Spes alit alma*

Vita

(*) Respicitur ad verba, fronti ædium Czimmermannianum, exeunte superiori Seculo, scil. Anno 1699, aureis literis inscripta: **SUB SPE SE-
CULI MELIORIS.**

Vitæ futuræ, tandem quôque, tempore iusto,
Ad meliora Deus Seclorum Secula ducat.
Prætereaque, valent si quid pia vota precesque,
Esse ratas jubeat Spes nostras, quando gementes
Expetimus pacem, Secli sub spe melioris.

Funus Præ-Consulare
Patroni mei jugiter faventissimi,
Sub Spe vitæ melioris
lugens hisce prosequor

EPHRAIM PRÆTORIUS,
Eccles. Thorun. SENIOR.

L Abimur hic omnes, omnis ceu labitur unda,
Quæ, si præteriit, nulla redire potest.
Quis sibi mortalis spondebit tempora longa,
Quippe juvena cadit, cana senecta cadit.
Non est crede mihi sapientis dicere, vivam,
Vita quid est hominum, ventus, & umbra, nihil.
Tendimus hic omnes, omnes properamus ad urnam,
Omnia sub leges mors vocat atra suas.
Huc veni nudus, tandem quoque nudus abibo,
Nam vani fastus gloria morte perit.
Heu vigilem noctem telluris ducite alumni,
Nam dolor atque labor regnat in orbe malus.
Nullus Mortalis, fragili qui semine cretus,
Novit quo judex ingruet ipse die.

Nobilissim. Dn. Czimmermannum Pro-Consulem
& amicum hisce comitari
voluit

Michael Ringeltaub /
Consionator emerit. & ipse etate gravis

Curia dat curas omni, cui Curia curæ
Atque comes magni est semper honorisonus.
Nec Tibi, Pro-Consul, labor ingens defuit unquam,
Mœrens dum curas Curia mille dedit.
Nunc Te defessum recreabit Curia sancta,
Expers curarum vivis in arce Poli.
Interea hic multas tibi cantat Curia laudes,
Quando nos miseros cura molesta tenet.

Ultimo honori Magnifici Pro-Consulis
scribeb.

M. Godofredus Weissius, ad D. Mar. Eccl.



*In Inscriptionem, quæ in frontispicio Aedium
Præ-Consulis deprehenditur:*

Sub spe Seculi melioris.

ERgone Te frustra tenuit spes tempore toto?
Quo promittebas tempora grata Tibi?
Inter jam linquis Martis Bellique procellas
Mundum, non voto secula læta videns.
At fallor, nam Te spes ævi nulla fefellit,
Quod tibi nunc melius dextera diva dedit.
Jam consequutus, quo Te spes firma tenebat,
Grataque contingunt tempora quæque Tibi.
Post varios Calus post tot discrimina rerum,
Imposita est Capiti digna Corona Tuo.
O Te felicem Te terque quaterque Beatum,
Dum nunc post Curas secula lætus ovas.
At nos qui quærento tristes versamur in orbe,
Spes teneat Christi firmaque nostra fides.
Et Deus æternus tandem quoque Tempora nobis
Per Christum nostrum tum meliora dabit.

In memoriam Magnifici Dni Præ-Consulis
lugens posuit

Martinus Oloff, Eccl. ad D. Mar. Pol.

OMnia sunt hominum duris subjecta periculis,
Hic citius, rursus serius ille cadit :
Mors inopum spernit, spernit mors vota potentum,
Lege pari cunctos sub sua jura vocat.

Nil prodest Pietas, nil prodest aurea Virtus,
Nobilibus genitum nil Pro-Avisque juvat.

CZIMMERMANNVS idem **PRÆ-CONSUL** funere
monstrat,

THORVNII Nostræ quanta **COLVMNA** ruens!

Vir Gravis, & Patrii Moris, Legumque peritus,

Consilio egregius, clarus & Ingenio,

Mirati crebro Cives, Proceresque loquentem

Nobilitas stupuit grandius Eloquentium.

Ingens Musarum Fautorque simulque Patronus,

Exemplum studuit **CONSULIS** esse boni.

Aonides igitur pullata veste Sorores

Lugent, & desunt **CONSULIS** Interitum.

Patria Te luget, Te luget Civicus Ordo,

THORUNIUM mœsta est, Templâ Scholæque simul.

Nec sane immerito, nam talia Fulcra ruendo

Non bona portendunt, Patria Chara, Tibi.

Tempore tam misero, quo pessima quæque videntur,

Et metus exurgens ob mala Fata premit.

Ast miserere tamen Patriæ, Deus Optime, Nostræ

Atlantem fidum substituens alium!

Et reliquos Urbis Proceres defende benignè,

Vertens ab eis spicula dira Necis!

Tu **VIDUAM, FRATREM**, recrees Solamine Sacro,

Atque tuum Sanctum Consilium doceas.

Interea svavem cape, **CZIMMERMANNNE**, Quietem

Corporis, in Tumulo molliter Ossa cubent!

Spiritus ast facilis Cœlorum culmina scandat,

Inque sinû **Abrahæ** Gaudia percipiat!

Donec

Donec Spiritui Corpus conjunget JESVS,
Et tumulis Hominum Corpora cuncta vocans.

In publica Tristitia PATRONO Eximio
consecravit

SAMVEL Schönwald / Eccl. Neopol.

Vir pietate gravis, summa quoque laude colendus
Czimmerman, clara Consul in Vrbe fuit.

Consiliis aderat Patriæ prudenter ubique

Unde boni Crues hunc coluere Virum.

Ast gravibus morbis cruciatus in orbe maligno,

Confectus cecidit Vir probus atque pius.

Constantinus erat, constanter singula vicit:

In cælo gaudet, læta brabea capit.

Ergo nil prodest Dominum deflere sepultum :

Nam nemo lacrymis huc revocabit eum.

Deb. condol. testand.

f.

CHRISTOPHORUS RAZKI,

Eccl. ad S. Georg.

Quid, Viator, properas?

Siste gradum,

Paucis te volo.

Adverte saxo hoc tegi ossa

Pro-Consulis, dum viveret, meritissimi,

DNI. JOANNIS CZIMMERMANNI,

Inclita nominis hujus stirpe nati

Anno M. DCXLIV. D. XXIII. Januarii.

PATRE, JOH. CZIMMERMANNO,

Scabinorum Magistro,

Matre, **MAGDALENA,** natalibus **WEDEMEIERIA.**

Qui

Qui Genitore suo major,
nam e Scabinorum Ordine ad Consulatem
emergens dignitatem
Anno MDCLXXIV

Pro-Consul factus Anno MDCXCVIII.

XIV. per Annos
Reipublicæ Patriæ
Prudentia, Fide & Auctoritate
præfuit & profuit.

Ast & Genitore minor,
sui similem post se haud relinquens,
nam ætate florentem filium

cum lachrymis
non tam amisit quam præmisit

Anno MDCCVII
ad ultimum vitæ halitum
cum dolore desideravit.

Officio & morbis variis attritus
Dic XIV. Novembr. hujus Anni MDCCXII

Lateris dextri paralyfi
Correptus

SUB SPE SECVLI MELIORIS

ut habet inscriptio domus,
Æternum ingressus.

Iam, Viator, propera & pondera:

*Humanum in terris nihil est, quod non sit humandum,
Avolat hinc animus, cætera sorbet humus.*

Epigraphen hanc Mouumento PATRONI
& Fautoris sui consecravit
debite

DANIEL KOEHLER, ad D. M. Eccē.

Wist du denn/ eitle Welt/ nichts als nur Reichthum schätzen/
Und deinen irdnen Sinn auff Noth nur sehen fest/
Sol deinen Geist denn so das schöne Gold ergehen?
Das ist/ worauff sich heut so mancher Staat verläßt.
Wie aber geht es dir/ du ganz verlassnes Thoren?

Vorzeiten sah man Gold/ womit Du hast geprangt /
Jest aber ist dahin/ jest hastu es verlohren ;
So/ so vergehet bald das/ was die Welt verlangt ;
Ein kluger Salomo wil dich ein andres lehren/
Was nebst der Gottesfurcht vielmehr zu schätzen sey :
Ein weiser Mann/ spricht er/ ist theur und hoch zu ehren /
Wenn Treu und Redlichkeit sich finden läßt dabey.
Wenn er dem Eigennutz und schönen Geitz entjaget/
Und sich dem Vater-Land/ als Vater/ treu ergiebt ;
Drumb/ theurer Zimmermann/ die ganze Stadt dich klaget/
Du bist die theure Seel/ die man im Grab auch liebt :
Dem siecher Leib kont dich von deiner Treu nicht trennen/
Die Du dem Vaterland so theuer angelobt.
Dies muß ein Jedermann zum Nach-Ruhm Dir bekennen/
Wenn gleich die tolle Welt vor lauter Mißgunst tobt ;
So ehrt man Theurer Dich in vieler frommen Herzen :
Die Tannen klagen Dich Du edler Cedern-Baum :
Dein Thoren stecket Dir die heisse Wehmuths-Kerzen
Bey deinem Grab-Mahl an/ und senckt dich in den Raum
Der kühlen Erden hin. Ach klage diese Leichen /
Du höchst betrübte Stadt/ klag die verlohrene Zier !
Denn/ wenn die Weissen so aus deinen Mauern weichen /
So ist dein letzter Fall gar leichtlich vor der Thür.

Mit diesem wenigen wolte seine letzte Schuldigkeit
gegen dem wohlseeligen Herrn Burgermeister und
Praesidem rerum Sacrarum einiger maßen bezeugen

Joh. X. Böhm/ Evang. Pred.
der Neust. Kirchen in Thorn.

Hæ! quam langventi compono Carmina morte,
Et fracto molles pectore promo sonos.
Tollitur è medio nostram GENEROSA CORONA,
PRÆ-CONSUL, PATRIZ GLORIA MAGNA, sua.
Surgite, surgite nunc, PATREM lugete Cantantæ,
Plere Viri cladem, Curia, Tempia, Scholæ.
Indefessus erat meditan do, legendo, precando;
Indefesse obijt munera Sancta Fori.
Jam post completos Vitæ officique Labores,
CZIMMERMANNUS ovat, psallit JOque canit !
Ægram sed Viduam relevabit ab æthere JESUS,
Huicque Voluntatis splendida signa dabit.
Magnificum numerus, COLUMEN PRÆGRANDE, superstes
THORUNÆ, VIVAT ! quod precor, Alme DEUS.

In honorem Magnifici Dni Pro-Consulis debita Condo-
lencia ac observantia ergo f.

GODOFREDVS CHOLEVIUS,

Eccl. Grembocinensis, Rogoviensis, & Lubicensis.

Hæu cecidit fulcrum nostri pars magna Senatus !
Et te percussit, chara Thoruna, nece.
Czimmermannus obit, clarò qui stemmate natus,
Hic tumulus tantæ nunc tenet ossa Viri.
At mea sunt ad Te, celsi Moderator Olympi,
Quæ Tibi nunc toto pectore vota fero :
Hos damnum, quaeso, repares ut sidere fausto
Et serves Patres, queis pietatis amor.

Lugens apposuit

JOHANNES HELD, P. Curis

ju 113052

113052